Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów. Zespół (fond 141 opis 2).

ZBIÓR ALEKSANDRA CZOŁOWSKIEGO

Dział (opys) II

102. Papiery rodzinno-majątkowe Jana Czechowskiego. 1798-1803. Części 2.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

ad An. 1530 ex Majo 2

1766 Czechowski

3 L K

Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Littvaniæ, Rusiæ, Prussiæ Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Levoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czernichoviæque, nec non hæreditarius Dux Saxoniæ et Elector. –

Significamus his Literis Privilegio Nostro Omnibus et Singulis Quorum interest, quod nos respiciendo fidele obsequium Generosi Joannis Czechowski Notarii circa depositorium nostrum Salinarium in Sosnica, statuimus eidem fundum molendinarium in Villa Ortenice dicta in Palatinatu Rusiæ Terra Premisliensi situm post ultimos Privilegiatos Possessores ad dispositionem nostram devolutum dare et conferre prout damus et conferrimus Præsentibus Literis Privilegio nostro virtute cujus mentionatum fundum molendinarium in Villa Ortynice cum Molendina, et omnibus ædificiis agris, campis, fundis, pratis, pascuis, fænificiis, piscinis, alveis, sylvestribus, apisteriis, apibus hortis juxta antiquos limites, etiam cum libera lignorum, et virgultorum proufficione ædificiis et sepimentis in Sylvis Regalibus ibidem existentibus sectione. – Cum libera Cerevisiæ et Cremati ad proprium usum domesticum coctione, vel ubi placuerit acceptione et cum omnibus aliis in originalibus et antiquis Privilegiis expressis et tam ab antiquo quam et nunc ad idem fundum molendinarium spectantibus pertinentiis, attinentiisque: fructibus et usibus mentionatus Generosus Joannes Czechowski recipere et ex manibus abusivorum Possessorum si qui reperiuntur vindicabit, receptum vero habebit, tenebit et possidebit una cum successoribus suis perpetuis temporibus ab omnibus autem quanticunq nomine vocitatis obligationibus debitis oneribus communitatensibus, uti ab apum etagnator: decis amissatione aculturæ agrifalcatione, a collectione quercinarum, vecturis, collectionibus, et contributioni bus, tributis communitatensibus et aliis dationibus, liber permanebit et Successores ejus pro semper declaramus nos etiam et Serenissimos Successores nostros, quod præfatum Generosum Joannem Czechowski et Successores ejus a supra scripto molendinario et attinentiis, juxta antiqua Jura et Privilegia eidem fundo molendinario servientia non amovebimus, neque potestatem amovendi alicui dabimus, sed imo circa pacificam Possessionem et circa liberum usum Jurium et libertatem huic molendinario fundo Servientium una cum Successoribus ejus conservabimus – quod et serenissimi Successores in posti inplebunt, jura nostra Regalia Rei Publicæ et Ecclesiæ Sanctæ Romanæ Catholicæ inviolabiliter conservando. In cujus Loci fidem literas has Privilegium nostrum manu propria subscriptum Sigillo Regni

communiri

8132
828

communiri mandavimus — Datt Varsoviæ ij XI Mensis Decembris Anno Domini M.DCCLV Domini nostri 22XXII Aº —

Fundus Molendinarius in Villa Ortynice dicta in Palatinatu Russiæ Terra Przemysl: post ultimos Privilegiatos Possessores — Generoso Joanni Czechowski datus, et Illius Successoribus Joannes Kłosowski Canonicus Cathedralis Premisl S.R. Mttis Sigilli Regni Secretarius — (L.S.) Augustus Rex

Concordat cum originali Gott Rzyckowski —

Pro cancellariatu Illmi Excellmi ac Rmi Dni Michaelis Comitis de Granów Wodzicki Decani Cathedralis Cracoviensis, d Clara Tymbes Pro Cancellarii Regni — Sigillatum —

Premisliæ in Terris Ternbg Feria Tertia post F.S. Agnetis Virg: et Mart: Cxa Anno Dni 1755to — Aptem oblationem Generosi Basilii Wysoczański hoc Privilegium introcentt Judicium præsens Terrestre Premisliens suscepit et in acta sua inducere permisit —

Productum in Commissione S.R. Mttis Samboriæ in Anno P.C. Topolski JKmci Komissarz C.R.L. Baro de Gartenberg JKmci Komissarz — Productum circa revisionem Jurium in Aeconomia Samboriensi ij 27a 9bris 1766 Anno — Mruski

Nº 3.

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.